



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita Francisci Borgiae Tertij Societatis Iesv Generalis

Ribadeneyra, Pedro de

Mogvntiae, 1603

Liber Qvartvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45256

DE VITA
FRANCISCI
BORGIAE

Societatis IESV Præpositi
Generalis ab Ignatio
Tertij

LIBER QVARTVS

ANDREA SCHOTTO Soci-
etatis eiusdem interprete.

*Exemplorum, & Apophthe-
gmatum.*



LIBET, FRANCISCI
SCI VITA ad exitum
adducta, virtutum
exempla, & scite
dicta seiungere:
quod, vt sapiens ille Stoicus
ait, longum sit iter, præceptis
mores informare; breue vero,
& efficax, per Exempla. Cæte-
ra verò

*Seneca
Epist. 6.
ad Lucil.*

354 DE VITA FRANC. BOR.
ra verò dicta, factaque præcla-
re, quæ per historiam sparsa
sunt, quod ad hæc Capita re-
uocari queant, minime iteran-
da duxi.

CAPVT I.

Animi demissio, atque modestia.

I. **A**B Humilitate, quæ parens
cæcerarum, custosque vir-
tutum est, initium ducam: quod
virtus ea CHRISTI propria
sit, & Christianorum. Philoso-
phi enim veteres, mundique
sapientes, eius ne nomen qui-
dem, ne dum rem sunt conse-
cuti: qui tamen in veritatis, vir-
tutumque inuestigatione studij
multum, operæque posuerunt:
vt magnam aliquid, naturæ vi,
adepti videantur. Quorum fa-
stum DEI filius auersatus, eam
virtutem summam, verbo atq:
exemplo

exemplo docuit: *Discite, inquit, Matt. II.*
à me quia mitis sum, & humilis
corde. Ea sane virtus, vt Augu-
 stinus ait, homines Angelis ad-
 iungit; vt contra elationis, ex
 Angelis Dæmonis effecit. Non
 fugiebant hæc FRANCISCVM,
 quando studiose in animi sub-
 missionem incubuit: & quo-
 niam ad Humilitatem viam
 munire Humiliationem Ber-
 nardus aiebat, curabat sedulo,
 vt rerum omnium conditarum
 puderet, pigeretque, vbi se ipse
 perfecte nosse cœpit. Hinc pre-
 cationum omnium exordia du-
 cebat: hæc fere materia de re-
 bus piis, officiisque differentis
 fait. In hac assidue occupatus,
 incredibiles breui progressus
 fecit.

Itaque simulatq; se Ducis ti- 2.
 tulus sponte abdicauit, subscri-
 bere

bere sua manu litteris coepit:
 FRANCISCVS *peccator*: testatus,
 credo, quod de se ipse sentiebat,
 imitatusq; Isidorum, aliosque
 innocentia vitæ claros, quos sic
 subscribere solitos accepimus.
 Ignatius tamen, ne sermonem
 aliis daret, neue in re inusitata
 secius loquendi ansam præbe-
 ret, abstinere iussit, vt FRAN-
 CISCVS, præterea nihil, sub-
 scriberet.

3. Pintia Sociorum Collegio,
 rei gerundæ, egressus, Busta-
 mantio comite, solito tristior
 incedere visus, & causam in-
 terrogatus, ab Inferni medita-
 tione se tum surrexisse affirma-
 bat: omnesque videri in se, tam-
 quam ab inferis existentem,
 intueri, circumfusosque irride-
 re, iactis hisce vocibus: *Hunc ab
 inferis reducem petamus. Ex qua
 quidem*

quidem à pœnarum apud inferos meditatione, illud se commodi accipere aiebat, vt CHRISTI amore flagraret ardentius, cuius morte mortis chirographum deletum est. In qua, dum vita suppetit, acquiescendum cogitatione iudicabat: ne mortui, iis addicti pœnis, vramur; Vatis illud Regij vsurpans: *Descendant in infernum viuentes.* Psal. 54.

Quo die hebdomadis sanctioris, CHRISTVM discipulorum pedes lauante Ecclesia recolit; ad tirones verba faciens: *Nullum, inquit, hodie in mūdo locum reperi. Sextum enim iam annum; ad Iudæ pedes illum mihi fingebam; nunc, dum CHRISTVM attente considero, ijs aduolutum, lauare, tergere, & osculari, nullum mihi, inde expulso, relictū video locum.*

Pin-

Pintiam primum ingressus, abdicatis iam Ognati in Cantabria titulis, bonisq; omnibus, accurrentibus vicariis, visendi gratia, tamquam ad nouæ rei spectaculum ciuibus, Bustamatio comiti ait: *Feram credo, è cauea emissam, belluamque spectatum venerunt. Equidem quauis bellua immanior essem, sine ope DEI, qui me in religiosam familiam suam acciuit.*

•6

Precibus intentus, duas minimū horas quotidie impendebat sui cognitioni: quæq; legeret, audiret, videret, eo omnia referebat, vt erudirent; demissionem, pudoremq; sibi incurrerent; DEO frequenter gratias agens, quod sæpe delinquenti sibi, ad eam diem pepercisset: neue desereret, aut in quæ vulgus impingere se crimina pateretur, orabat. Occu-

Occupato de more in hac
 suæ vilitatis meditatione, dum
 se rebus à DEO conditis indi-
 gnū reputat, ea vox est audita:
*Pudeat tē mei. Quam vbi Dæmo-
 nis esse comperit: Recte, inquit,
 mones: vnus superbia cogitata vi-
 tio ardes, ardebisque æternis igni-
 bus; Ego vero toties DEVM offen-
 di, non tamen flammis addictus
 crucior.*

Oraturus sensit Dæmonis
 opera turbari cubiculum; quē
 his dictis abegit. Nil mirum, te à
 me ne latum quidem vnguem dis-
 cedere, aut fugere: pridem enim cō-
 muni vsi mensa, ciboq; sumus.

In Xenodochio verians, vi-
 sum ab illo ferunt humana spe-
 cie Cacodæmonem superbè sic
 appellantem: *Quid tibi hic nego-
 cii? Tantus cum sis, in hominum
 face*

7.

8.

face qui versari potes? Retudit factum. FRANCISCUS: Equidem miror magis, te tam superbo præditum ingenio, miserum me, atque peccatorem appellare dignatū. Sic ille fumi instar evanuit.

9. Oblatus ei Energumenus, à quo Dæmonem alij, exorcismo pellere frustra tentarant; rogatusque, ut pro illo DEVM precari, & Marci Evangelium recitare ne recusaret: cum ad ea verba, *In nomine meo demonia efficiant*, manus imposuisset, cessit subito, fugitque Dæmon, & lætus ille dimissus est. Qui aderant spectatores, orationi illius acceptum retulerunt. Ille vero, qua erat modestia, verecundia ductus: *Quid mirum, inquit, si Dæmon me fugit? Nam & veteri verbo dicitur, Figulus figulum. Cumq̃ alijs ego olim offendicula*
sue-

fuerim, nil mirum, si me ille odedit. Solent enim iisdem artibus diditi, emulatione quadam inter se odisse. Post Methymnæ Campi, dum præfente illo forte res gesta referretur, pudore erubuit, illud addens: Demus verum esse, quod narratis: ecquid mirum, cum ego sæpenumero Dæmoni morem gesserim, semel illum mihi paruiffe. Et quâquam depellere fastum, & inuidiæ fascinum arcere posset, si sacri Euangelij verbis eam vim merito tribuiffet, hictamē rubore suffundi maluit. Nihil ferebat, audiebatque molestius, quam se coram laudari, Sanctumque appellari. Rogatus causam, cur ea re adeo angeretur, subiecit: Equidem rationem extremi iudicij, morte obita, valde formido: quæ nimium quantum à præposteris hominum iudicijs discrepat.

Manus.

10.

Manus abluenti frater illius Thomas Borgia officiosus, & ambitu aulico linteum porrigebat. Ille vultu iram præseculit, vetera illa aulica officia, quibus nuncium pridem remisisset, odisse se testatus. Montelano in Collegio, locum illi editiorem imprudenter collocarent: ille quasi Dæmonem cerneret, Crucis sese signo muniebat. Defugiebat itaque; libenter intempestivas honorum occasiones; negligi, & ignorari malebat: ut vel eo nomine sæpe via decesserit, ad aliud diuersorium, incommodo & valetudinis, & itineris, ne honos illi putide, ut fit, haberetur.

11.

De se demisse, abiectaque sentire, & prædicare semper solitus. Facilitate idcirco usus est singulari: aliquem è plebe dices.

ceres. Porro inuitus præteriti temporis memoriam, quod tamen senum est vitium, recolebat. Sin necessitas extorqueret, ita sermonē temperare, vt quis non omnino rudis facile intelligeret, nihil sibi eo nomine placere. Numquam auditū vel excidisse illi hæc passim obuia; *Cum Marchio, Dux, vel Prærex essem.* Nobiles viros ita comiter appellabat, vt se illis inferiorem, superiorem nemine, facile declararet. Hanc enim virtutem didicerat esse piorum hominum propriam, vt, quo maior quisq; sit, eo se submissius gerat.

Olyssiponem ingresso Francisco, Ioannes III. Rex miserat è domesticis nobilem, qui eum salutaret. Qui cū, *Fessusne de via esset,* interrogasset, iteraretque
 iden-

identidem *Domini* nomen:
FRANCISCVS lepide illi re-
spondit: *Fessus quidem de via ac-*
cessi, sed magis Domini, quam e-
oneras potius, quam honoras, ap-
pellatione.

13.

Tribus potissimum de cau-
sis, Ducis titulum vtilem sibi
fuisse prædicabat. Primo, quod
mortuorum iam in numero ha-
beretur, vt Religiosi viri solēt;
& Gandiensi in ditione, de-
functis Ducibus, anniuersaria
sacra quotidie peragantur. De-
inde cum candidatos ægre in
Societatem adoptari animad-
uerteret, dicere solitum acce-
pimus: *Hoc mihi commodi Ducis*
titulus attulit: statim enim Socijs
adscriptus sum. Ceteroquin, ecqua
(amabo) in me ingenij, doctrinaq;
dotes, quæ Societate dignum redde-
rent? DEO itaque, Pontificique
summo

summo gratiam habeo, qui hunc mihi pontem fecit, viamque muniuit, in suam familiam, domumque migrandi. Denique cum iter faciens aliquo diuertisset, remque diuinam, vt solebat, quotidie facere vellet, detrectarentq; Parochi, licet Societatis tabulas proferret, Socio vrbane in aurem insufurrat: *Nunc per me licet, pristinos titulos nomines. Ciuili hic iure agendum est.*

Ex hoc ipso fonte mœstitia fluxit, qua incredibiliter agebatur, cum in Cardinalium Collegium adsciscere inuitum vellent, vt libro secundo narrare memini. Certe maiori numero vmquam ambitionis studio honores expetiuit, quam FRANCISCVS repudiauit: ratus indignum se honoribus esse, & inopiam Religioni utilissi.

14.

Lib. 2.
cap. 5.

lissimam. Philippum Regem, iam tum Hispanicæ iuuentutis Principem, literis supplex rogauit, daret hoc amicitia, & si qua exstarent officia, ne sacris iam initiatū, Ecclesiastica vnquam dignitate oneraret. Priuatum se viuere malle, atq; inglorium. & eo se consilio titulis abdicasse. Nec defugisse titulos satis habebat, sui etiam vilitatē, contemptumq; studiose, vt ante dixi, quærebat. Demissionis exempla eodem ipso libro attulimus. Vicatim, sacco humeris imposito, eleemosynam, stipemque corrogasse. Pueros, tintinnabulo accitos, Catechismo erudire solitum. Coquo domi operam dedisse, mensis ministrasse: pedes singulorum & frequenter osculari consueuisse.

Conim-

Conimbricense Collegium 15.
 ingressus, commissa iam illi ab
 Ignatio vniuersa Hispaniæ Pro-
 uincia Societatis: è Præfecto
 studiorum, viam, rationemq;
 studiose quæsiuit pueros do-
 cendi prima Latinæ linguæ ru-
 dimenta: quod hoc munus, vt
 minus honorificum, & valde
 laboriosum, ita meriti maioris,
 obire serio veller. Effectum id
 Cordubæ dedisset, ni Socij val-
 de repugnassent: qui hac sola
 arte dissuadere poterant, quod
 dicerent, non satis eum quidem
 vel ad hoc munus obeundum
 idoneum videri, & Societati
 dedecus allaturum. Destitit
 itaque, ratus vera dicere, alioq;
 animum conuertit.

Eboræ, sexta feria aggregatis 16.
 Socijs, vt, more Patrum anti-
 quorum, Collationes de re-
 bus

bus diuinis haberent, dicturus FRANCISCVS sententiam, hoc tantum: *Opera, inquit, verbis prestant.* Assurgens itaq; omni ordine pedes humi exosculatus, Socios ad lacrymas, & admirationem excitauit.

17.

Lib. 2,
ca. 18.

Calensi in Collegio Lusitaniæ, quod Oppidum vulgo *Portum* appellant, ostiarij officio, arreptis clauibus, perfunctus, cum porcum iugulatum, elemosynæ vice, obtulissent, humeris sublatum tacitus in superiorem domus partem, per gradus non sine labore portauit: mirantibus Socijs, facti commendationem sic elusit: *Quid mirum, inquit, si porcum porcus commode tulerit?* Non dissimile nimirum, quod de Carlomanno Casini montis Annales referunt. Hic Imperio abdicato, regno

Ioannes
Naucle-
rus gene-

regno Pipino fratri relicto, Ro-
 mam, Zacharia Pontifice Ma-
 ximo clauum tenente, veniens,
 in Casino monte Benedicti So-
 dalibus se adianxerat. Oues
 Abbatris iussu, forte pascens,
 claudicantem vnam, quod gre-
 gem consequi non posset, hu-
 meris iustulit. summa cum ani-
 mi voluptate. Et vero id genus
 officia, quibus antea despiciatui
 ducerentur, religiosis viris per-
 honorifica sunt: eoq; illustrio-
 ra, quo maiore olim dignitate,
 ceteris præstiterunt.

In eo ipso Collegio, dum
 clauis ostij gestat, quidam So-
 cietatis candidatus Hispali ad-
 uenerat, cum bona spe fore, vt
 à FRANCISCO cæteris adscri-
 beretur, cui tum commissa Pro-
 uincia erat. Videt FRANCIVS
 cubiculum proximum plenum

R fordi-

18.

rat. 25. &
 Heron-
 Platua
 lib. 2. de
 bono Ste-
 tus Reli-
 gioss, c. 26

fordibus: Age, inquit, ne otiemur, purgemus hoc conclave. Sumptisq; impigre scopis, cum illo pariter cubiculum verrit, fordes extulit: adeo se vincere; atq; submittere studuit.

Religiosos viros, quoties occurreret, salutare, & iisdem affurgere solebat: honorifice etiam de illis sentire, & predicare. Honorare autem se in Monachorum habitu aiebat obsequium, quod CHRISTO, eiusq; Sponsæ Ecclesiæ præstarent: & tamquam diuesorum quidem signorum milites, vnius tamen legionis omnes colebat.

20.

Acceperat impostorem quendam triremibus addictum, quod se FRANCISCVM Borgiae simulasset, iactassetque. Mirari se dicebat exstitisse adeo excoedem, qui peccatoris summi personam

sonam induisset. Si ille, inquit, *triremibus officium nauat, quod nomen meum sibi vendicavit; quid me fieri par est, qui non inane nomen porto Peccatoris, sed & criminibus refertus sum, quæ aeternam poenam mereantur?*

Occurrenti forte nobilissimo 21.
 dynastæ Hispaniæ, quærentiq;
 vicem illius, quod inops, attrita
 veste ambularet, seque ipse, &
 valetudinem negligeret, acute
 respondit: *In me recipio fore vt
 mihi caueam. Iter enim dum facio,
 prodromos duos præmittere soleo,
 tamquam exploratores, & structo-
 res, qui hospitium, mensamq; ader-
 nent. Interrogatus iterum, qui-
 nam essent, quod nusquam ap-
 p̄rerent: Mei, inquit, cognitio, &
 poenarum apud inferos, quas merui,
 contemplatio. Quo fit, vt quod
 tandem cumque in diuersorum de-
 ferar,*

ferar, tametsi desint omnia, in lucro
deputem, & tamquam in immeri-
tem collata beneficia interpreter.

22.

Septimanzæ (oppidum id
hodie *Simancas* incolæ nomi-
nant) appositum illi edulium
intestinis veruecinis, semicru-
dum, maleque conditum. Gu-
statum reposuit: ad hæc in au-
rem Bustamantius insufurra-
uit. Si bene coctus cibus esset, non
reijceres. Bene habet, respondit
Bustamantius vero cum iterum
gustasset, edi posse negabat.
Cui FRANCISCUS, Quid si
Pater, inferorum cibus, quod Deus
VS auertat, gustares?

CAPVT II.

Paupertatis studium.

DEMISSI animi socius, co-
mesq; Paupertatis amor
est. quam virtutem, incredibili
dict

dictu est, quo studio coluerit
 FRANCISCVS. Instar enim boni
 negotiatoris, *inuenta hac pretio-* *Matth. 29*
sa margarita, dedit omnia sua, &
comparauit eam. Didicerat, per-
 suasumq; habebat, verum esse
 CHRISTI illud oraculum, pau- *Matth. 5.*
 peres spiritu beatos fore.

B. Franciscum puer, vt no- *l.*
 mine, sic & moribus referre *Lib. 2.*
 coepit. Propriam, familiae illius *c. 15. &*
 inopiam admirabundus ada- *lib. 2.*
 mauit: & simul atque se Socie- *cap. 13.*
 tati votis adstrinxit, pecuniam
 exinde non contrectauit: quod-
 que mirere magis in homine
 adeo opulento, argenti, auriq;
 pretium ignorabat.

Enituit isthac rebus in o- *2.*
 mnibus virtus, in victu, cultu-
 que corporis, lecto, cubiculo,
 caeterisque: vt in papyro, qua
 conciones suas excipiebat: in

R foco

foco denique, dum frigus urgeret, instruendo. Calceos novos induere detrectabat, biennio vix atterens. Caligas item, licet pannosas, ruptasque haberet, non mutabat. Montelano in Collegio versanti, femoralia noua muneri oblata, quæ furtim noctu apposuit lectulo Socius, subductis lacertis. At Pater experrectus, dolo comperto, vetera repetijt, nouaque reddi domino possi.

Siipem cum viciatim mendicus cogeret, panis frustula oblata libentius, quam appositos panes integros gustabat. Tot itinera ingressus, adducum nunquam potuit, vt vel sindonem mundam, valetudinis gratia, circumferre comitem pateretur, ne quid in Paupertatis iura peccasse videtur.

Nar.

Narrant Socij se vidisse super
stramine sæpenumero cuban-
tem sub dio, aut tenui tecto,
ventis hacillac spirantibus, &
frigſcente maxime cælo: ille
tamen eam præ ſe hilaritatem
tulit, ſuis vt admirationi eſſet,
pudoremque incuteret. Sago
in itinere, aut chlamyde non
alia vſus, ſiue hyberni, ſiue æſti-
ui temporis hora eſſet, quam
pallio quotidiano: quod in ær-
tere, duplicareque ſolebat, ne
luto inquinatum deterius fie-
ret. Ocreas pedibus vt indu-
ceret, impetrari ab eo non po-
terat. Petafum vnum ſatis eſſe
aiebat, arcendis cæli inauriis, ſi-
ue ſol arderet, ſiue imber deci-
deret, ventiq; flarent. Feſtus, fra-
ctiſq; de via, & largis imbtibus
pſuſus, tū demū incredibiliter
gaudebat, ſi in hoſpitio Patres
eſſent.

essent, quibus refocillari viatores solent, ignis, victusq; corporis.

4.

De lectulo, & conclavi nihil laborabat. Nullum ibi velum, appendi nedum peripetasmata patiebatur; quin & stoream, seu tegetem parieti ad cervical affigi, moleste ferebat: id genus commoda fugienda prædicās, quod mortis germanus, somnus appellaretur. Sitos vero in sepulcro, brevis urna, minimeque sumptuosa caperet. Scilicet factum ab illo diligenter, vt CHRISTVM duabus his potissimū artibus, demissionis, atque inopiæ, quoad posset, imitaretur: qui, vt Apostolus ait, *Propter*

2. Cor. 3. nos egenus factus est, cum esset diues, vt inopia illius nos diuites essemus. Quod eius exemplum æmulati non pauci Societati se addixerunt.

Quin.

Quin & in ipsis Societatis 5.
 exordiis, eodem Inopiæ studio
 imbutus enituit. Anguste enim
 habitare exoptabat, qui amplas
 prius, & magnificas ædes occu-
 passet. Eius etiam nū hodie ve-
 stigia apparent in Ognatensi æ-
 dicula, ab illo fabricata, & tiro-
 cinij domo Septimācensi. Quæ
 quidem virtus eo magis clara,
 quo plura ille Fortunæ bona li-
 bens, volensq; abiecerat: quæq;
 in aliis auaritiæ, sordiumq; no-
 mine reprehendi queant, ea
 laudi FRANCISCO vertebant:
 cognito, Paupertatis fuisse sem-
 per studiosum: vt in CHRISTI
 adeo inopis, vt quò in loco ca-
 put reclinaret non habuerit,
 vestigiis pedem viuus, moriens-
 que poneret.

Luc. 9.

Prudenti Romæ apud Ca- 6.
 tholici Regis Legatum, minus

R. s. qui

quidam aretalogus iniecit: *O m serum te, & inopem FRANCISCVM, qui tantis te bonis abdicaris, nisi morte obita, calo potiaris. Ad Oratorem FRANCISCVS conuersus: Vera, inquit, narrat: sed maior aiam tum, quam reliqui, bona sum consecutus. Animi tranquillitatem significans, & illud CHRISTI dictum respiciens: *Mat h.8. Centuplum accipietis, &c.**

CAPVT III.

Singularis Obedientiae documenta.

EX ea ipsa Humilitatis radice, nata in FRANCISCO virtus est obediendi DEO, & homini, quem ille sibi praefecisset. Obedientiam itaque tutum appellabat nauigium, quo tamquam per viæ procellas, portum Religiosi viri capiant, rideant-

dean que tempestates, & dies,
 noctesq; securi nauigent. Cum
 igitur in omnibus CHRIS-
 TVM sibi ad imitandum pro-
 posuisset, in conspectuq; eius
 ambularet, vbi expressa illius
 vestigia cerneret: tum vero pre-
 cipue Obedientiæ virtutem in
 eo mirabatur: qui cæli terræq;
 cum esset Dominus, subditus
 tamen parentibus fuit: quam
 virtutem ne omitteret, inquit
 Bernardus, mori maluit: *Factus
 obediens vsq; ad mortē, mortem au-
 tem Crucis.* Phil. 2.

Præfectos Societatis vsque
 eo vereri solebat, vt licet pote-
 state iam abissent, eodem, quo
 antea, habito respectu, coleret.

Litteræ ab Ignatio datæ, cum
 redditæ illi in Hispania essent,
 flexis genibus precabatur DE-
 VM, vt parendi facultatem
 lar-

largiretur iis, quæ mandarentur; & veluti missam celo vocem interpretabatur, seruabatque religiose.

4. Nec fugit Ignatium, quam prompte, & alacriter iussa exequeretur. Non itaq; sic imperabat: *Hæc ita curabis, sed modeste: Nobis hæc ita visa, tu pro tua prudentia, reiq; opportunitate, quando abes propius, arbitrata tuo rem gere.* Nihilominus, ne latum quidem unguem ab Ignatij iussis discedebat, sed accuratissime exhauriebat, quæ mandasset: nisi, si quid esset, quod absentem fugisset Ignatium.

5. Recreatus à lento morbo, cum liberalem animi, honestamq; relaxationem, valetudini corroborandæ, adhiberet, à sacerdote audiuit: *Ignatiū eiusmodi relaxationib. minus delectari.*

E ve-

E vestigio igitur abstinuit, nefas ducens, ab illo, quem in oculis ferret ad eam diem, moribus, sententiaq; discedere.

Si quæ superiorum iussa a- 6.
 speriora viderentur, quam ut æquo animo alij ferrēt, ita temperabat, ne quis esset querimoniæ relictus locus.

Prius quam commissæ illi 7.
 Hispanicæ Prouinciæ essent, Collegiū de via ingressus, concionandi, qua vti poterat, auctoritatem sibi vindicare noluit, nisi si Rectori æquum, bonum videretur, iuberetur. Imperari enim sibi, quam rogari, qua erat animi demissione, atq; obedientia, malebat.

Valeradinis tuendæ gratia, 8.
 comitem illi Ignatius addiderat, cui Michael Marco nomen. In se enim seuerus plus æquo, & rigidus,

rigidus, in alios blandus iuxta ac benignus: nihil remisse, magno valetudinis incommodo, agebat. Huic Socio FRANCISCVS paruit, non secus ac si impositus cum auctoritate esset: nec in victus tantum ratione, sed in omni tuenda corporis valetudine consulebat eum, quid facto op⁹ esset. Cibo itaq; apposito, interrogare solebat, Marcus ne edi iussisset. Qui frater si domo negotij causa diutius abesset, alteri negocium dabat. Hec illi, inquit, meis verbis impera, securus nimirum fore, vt religiose pareret.

9. Olyssipone Catharina Regina, negociorum causa, in aula acciuerat FRANCISCVM. Ille Marcum consuluit, quid facto esset opus. Huic visum non satis firmum corpore, valentemque esse.

ess. Postridie itaq; venturum se
ess: respondit. Quo nuncio
mox aulicus domum reuertit.

Non dissimili studio coquo
domi operam dabat. Etocato
iterum Pintia à Ioanna Lusita-
nia Principe, schedulam ostia-
rius attulit, cui ille: *A coquo, in-*
quit, veniam postcas licet, cui nunc
pareo. Ad hæc ille: Vade pater; at
reditū matura: opus enim mihi ad-
huc operatua. Principi itaq; narra,
te coquo domi operam dare, quo fa-
cilius missionem impetres. Eadem
ille animi simplicitate dicto au-
diens fuit, retulitq; imperiū.
Princeps quoq; libenter assen-
sa, missum fecit: admirantibus,
laudantibusque cunctis, prom-
ptam in FRANCISCO parendi
vel coquo voluntatem.

Coquus item lebetes æneos II:
duos adferre eum iusserat, hau-
sta è

sta è cisterna aqua. Ex corporis imbecillitate, & lassitudine, quieuit non nihil. Occurrit forte Socius; qui sponte operã obtulit. At ille recusare: id enim sibi negocij coquum, cui tum pateret, dedisse. Cumq; ille rogando instaret, alterum saltem ferre pateretur; ne hoc quidem permisit. Simul enim ferre coquus duos lebetes iusserat.

12. Dicere solitum accepimus, sperare se fore, ut Societas, DEO bene iuuante, vigeret, immo cresceret in maius, tribus potissimum de causis. Orationis in primis studio; frequentique
1. vlu Sacramentorum. Dehinc,
 2. si à multis Societatis innocentia oppugnaretur. Obedientiæ deniq; bono. Causam rogatus: *In promptu, inquit, est, Oratio enim DEO nos conciliat, atque coniungit:*

iungit: alterum à seculi amore ab-
 ducit; nec enim salus, fidesq; in ho-
 minibus est. Tertium verò inter nos
 arctissimo fraterni amoris vinculo
 colligatos, vt mēbra capiti, adnectit.

Cum omnibus sese libenter 13.
 subijceret, tum verò maxime
 Pontifici summo, vt CHRISTI
 in terris vices gerenti. Morti e-
 nim iam vicinus, illud sibi ani-
 mam agenti leuitiam adferre in-
 credibilem, solatiumq; prædi-
 cabat, quod sedi Apostolicæ, su-
 scepto cum valetudinis incom-
 modo in Hispaniam legatione,
 quod bene verteret, ad extre-
 mum vsq; spiritum paruisset.

Quin & Principibus libenter 14.
 obsecundabat, DEVM in illis
 contemplatus: pro incolumita-
 te eorum quotidie precari soli-
 tus. Idem & liberos, affinesque
 suos, tanquam per manus tradi-
 rum,

tum, docuit: præsto ut Regibus
essent, proque eorum, Princi-
pumque salute, assidue vota &
nuncuparent, & persoluerent,
precati DEVM, in cuius manu
cor Regum esset: unde & po-
testas omnis manaret: cui qui
resistat, DEI haud dubie ordi-
nationi resistere.

Prov. 21

Rom. 13.

5. Illud demū incertum, Obe-
dientiæ, an patientiæ, vel vtri-
que potius tribuam, constanter
illum in Ognatensi secessu po-
tuisse Superiori parere, qui in se
ipse rigidus cum esset, ac labo-
riosus, talis etiam FRANCISCO
existit. Fræna itaq; in tyrocinio
versanti, non modo non redu-
xit, (ne, ut fit initio, in spiritus
feruore, nimium in se ipse faui-
ret) sed etiam habenas laxavit,
& calcavia subiecit: lapides, cal-
cem, lignaq; ædi constituendæ,
ferre

ferre eum iubens. Paruit ille libenter, & expedite, quasi Angelivocem exaudiret. Hac enim via ad Pietatem à DEO est informatus, singulare vt nobis obedientie exemplum existeret: Bernardum cred' imitatus, qui morosi hominis, atque difficilis se imperiis eo cupidius subdidit, quo maiora, valetudinis in e. in modo mandabat.

*Lib. 2.
vita D.
Bernardi
cap. 7.*

CAPVT IV.

Orandi frequens studium, & Prædicationes.

CVM esset inops, atq; obediens, quid mirum, si & precandi eum studio DEVS exornari? Quæ vna virtus, radix, & quasi fons est vberimus cæterarum.

Prima FRANCISCO cura in i, cordis puritate paranda, quo diui.

Matth. 5,

diuinæ cognitionis radios purius acciperet. Mundos enim corde beatos pronunciarî, DEVM-que visuros. Quotidie itaque, & quidem crebrius, singulis horis diurnis se ipse ad vnguem excutiens, exploransq; memoria repetebat dicta, facta, ac præ-ermissa: inquirens in se grauitè. Bisque in die rite confessus, sacris in aurora operaturus, & vespè quieti se comparans, nullum diem abire patiebatur, quo non suo se pede metiretur, actique temporis rationem subduceret, si forte reddenda summo Iudici esset: neue mors, vt solet, ante diem, & imparatum opprimeret. Vix qui illi aures confidenti dabant, quod reprehenderent, expiandumq; putarent, reperiebant. At ille celesti lumine acutius videbat, semperque
pavidus

pavidus vixit: omnia metuens,
ac p̄ane trepidans. Iudicia enim
DEI viuentis, ac vidētis omnia,
longe à mortalium iudicio dis-
crepare aiebat: timeret itaque,
quisquis saperet, DEVM.

Orandi assiduitate, hoc com- 2.
modi acceperat, vt DEVM vbi-
que præsente[m] circumferret.
Quo fiebat vt vel frequens lo-
cus, atq; negocium, templi, soli-
tudinisque vicem ei præberet,
materiamq; a deo suppeditaret,
ac segetem precandi.

Primam S. Thomæ Aquina- 3.
tis Summæ partem dum euol-
uit, veluti Litaniam ex singulis
articulorum capitibus, doctri-
næ, memoriæq; simul & pieta-
tis gratia, concinnarat.

Iter ingresso, etsi corporis 4.
lassitudine incommoda cepe-
rat, animo tamen illud præclare
euenire

euenire dicebat, liberum sibi in
 via ab interpellatoribus, vacu-
 umque tempus precandi dari.
 Montes enim, siluas, flumina, &
 apricos campos, herbis, vitibus,
 & arboribus vestitos, ad oran-
 dum inuitare, præconisque vo-
 cem emittere: DEVM vt morta-
 lis agnoscat, agnitū amet, ama-
 tum rerum conditarum gratia
 laudet assidue, & laudato, tan-
 dem aliquando, morte obita,
 feliciter perfuatur.

5. Si colloquium inuito esset
 cum exteris hominibus, quibus
 non saperet CHRISTVS, sermo-
 nem illis tacitus relinquebat:
 ipse colligere sese, vt in secessu
 versari, locoque abdito videre-
 tur: animo DEVM præsentem
 appellabat, rogabatque. Disce-
 dentes verò interrogabat; *Num
 quid vellent?* cum tamen multa
 iam

iam ab illo postulassent, quæ di-
uinis cogitationibus intus, mi-
nus intellexisset.

Cum ita interdium assidue fer- 6.
me DEVM precaretur, tum ve-
rò tranquille maxime, & libere
precari. post mediam noctisho-
ram solitus: quo tempore extra
se rapi videbatur, vt quinque,
sexue horas, momenti instar iu-
dicaret, surgeretq; ignibus qua-
si inflammatus.

Michaeli Marco, vt retuli di- 7.
cto audiens vixit: precationi ta-
men intentus, cum diutius æ-
quo moraretur, interpellaretq;
ille, valetudinis gratia, finem o-
randi faceret: *Plusculum*, inquit,
temporis da, M. rce frater, mox ad-
ero. Tantam orando voluptatē
capere solitus, vt cum DEO lu- Gen.
ctari, velut alter Iacob, nec sine
benedictione dimitti velle, vi-
deretur. Extra

8. Extra se non raro positus videbatur; ut corpore quidem præsens, animo vero in cælis versaretur. Si qui altiore voce cōtenderent, nihil mouebatur; atq; adeo à re, qua de ageretur, alienas interdū ingerebat, præsertim si profanus sermo, deque nihili re iniectus esset. Admonitus itaq; à Socio præter rem respondere nonnunquam solitū: *Malo, inquit, rudis, & hebes videri, quam garrulus, & temporaria-cturam fecisse.* Omne enim perire tempus existimabat, quod non aut DEO, aut rebus ad DEVM pertinentibus, transigeretur. Placentinus Episcopus, salutandi gratia FRANCISCVM inuiserat. Hic in medio sermonis cursu assurrexit, & quasi honoris gratia deduceret, descendebat. Episcopus verò cum Antonio

Araoz,

Araoz, qui tum forte aderat, relictus, facile quod res erat, mente diuina agitari FRANCISCVM, obseruabat.

Orandi, & in se inquirendi 9. studiosos amabat, & consuetudine illorum diu delectatus, Collegiorum his curam Societatis mandabat, vt eam ipsam Socios, fidei suæ creditos, virtutem docerent.

Negociis diurnis, quoad eius 10. fieri poterat, subducere se solitus, vt in orationis montem secederet Eucharistiæ Sacramentum assidue, cupideque coram adorabat: domoque egressus, templa hoc nomine libentius intrabat, niçantibus assidue oculis spectans, siue luminis ingenti splendore præstinguere- tur, siue attendere animū, reuertēterq; adesse ea ratione iuberet.

S Huius

11. Huius quidem panis cælestis
 vsque eo delicijs capiebatur, vt
 nemo vnquam gulę deditus, cu-
 pediis magis. Quo fiebat, vt dū
 vita excederet, nullum abire di-
 em sineret, vt alibi monui, quin
 rem diuinam faceret. Immo &
 ipso Parasceues die, & Sabbato
 insequenti, cum alias canendo:
 sacris operari nō soleret, ne iis
 ipsis diebus diuino illo careret
 bono, Liturgiam peragebat.
12. Iter faciens, quo sacrificium
 Missæ facere liceret, vel ad duo
 milliaria via decedere non du-
 bitabat: & diuersorij incommo-
 da libenter ferre, dum sacris o-
 perari postridie liceret.
13. Eboræ in Lusitania grauitè
 ægrotans, & lethargico morbo
 captus, euigilare per vim, medi-
 corum iussu, cogebatur. At al-
 lata Eucharistia, tanquam so-
 mno,

Lib. 3. ca.
 25.

mno
 exper
 appa
 pus
 prom
 peter
 Sa
 aliquid
 sequo
 Quo
 ritè c
 cieba
 te, la
 solita
 diuti
 chæi
 nisi æ
 suspin
 exem
 Alt
 æde R
 lulan
 ties à

mno, vt erat, graui, & veterno
 experrectus, agilis, alacerque
 apparuit: vt licet infirmum cor-
 pus haberet, spiritus tamen
 promptus, bonique summi ap-
 petens esset.

Sacris verò operaturus, horas ^{14.}
 aliquot precationi impendere,
 seque probe excutere solebat.
 Quotidie item, vt iam retuli,
 ritè confessus, rem diuinam fa-
 ciebat. In media Liturgiæ par-
 te, lacrymas illi vbertim fluere
 solitas obseruatum. Post, gratias ^{Luca 19.}
 diutius agere, quod velut in Za-
 chæi domum diuertisset: vt non
 nisi ægre ad prandium, & cum
 suspiriis, Iobi, atque Bernardi ^{Iob. 3.}
 exemplo, duceretur.

Altari summo in Professorum ^{15.}
 æde Romæ, imminentem cel-
 lulam frequenter adibat, quo-
 ties à negociis se publicis eri-

S 3 pere,

pere, partemque demere posset. Cæteris item in Collegiis Societatis, orationis sedem vicinam aræ summæ extruendam curavit.

16. Cubitu surgens, terram, communem omnium parētem, hoc consilio ter quotidie osculari solebat. Primo, vt se ex humo cōditum, recensque natum, eam contigisse meminisset. Deinde vt CHRISTO, qui in terram cælo, genus humanum liberaturus, descendit, gratias ageret. Denique vt à terris abductum, in cælum, tanquam ab exilio transcriberet DEVS precabatur.

17. Sanctorum reliquias, imaginesque religiose venerabatur, splendideque adornari curabat: nusquam affirmans gemmas, aurum, argentumque, dignius
im-

impendi, vertique, quam in auctoris DEI, Diuorumque cultū. Cum manib' eas tractaret summa animi voluptate in has voces erumpebat. *Saluete pignora, nobis in hoc exilio, lacrymarumque vallis degentibus, à DEO relicta, atque deposita: Saluete salutis nostræ spes, atque solatium: Erit, erit dies illa, cum decorem induti cineres, hospites nunc beati: eterna illa luce perfruemini: & anime Sole candidiores thronusq; vester supra firmamentū clarescent.*

Ex hoc ipso fonte manauit ^{18.} pia, solemnisque Societatis cōsuetudo, vt singulis mensibus Sanctorum nomina sortè è situ- la educantur, distribuanturque singulatim: Quo die, votis conceptis, religioseque persolutis, opem sui quique Diui implorāt. Didicerat: id in gētilicia Borgiæ

S 3 fami-

Li. I. c. 1. familia FRANCISCVS: in qua illum olim morem viguisse docui. Ognati quoque eundem serua-
uit; multa Sociis indulgens, quo die Diui nomen sorte illis obtigisset: ipse ad hæc precationi plus etiam temporis tribuere solitus.

19. Diuorum cultum vt excitaret, augetque, (contra atque hæretici solent, qui in Sanctorum imagines, vt olim Iconomachi grassantur) Romæ FRANCISCVS in æs graphice incisas, & affabre sculptas imagines, in omnes Prouincias misit. Quin & archetypa donauit Sociis, atque distribuit.

20. Visitur Romæ in æde sacra B. Mariæ maioris, illius effigies à Luca Euangelista, vt pie creditur, depicta; religiose etiam à piis frequentatur. Hanc imaginem,

nem, cum per se, tum ob anti-
 quitatem, pietatemque, tum ob
 pingentis fidem venerabatur

FRANCISCVS. Laborandū
 itaque sibi existimauit, vt ad ar-
 chetypum depingere alteram,
 bona cum Caroli Borromæi,
 Cardinalis innocentiissimi, ve-
 nia liceret. Obtinuit tandem,
 quamuis ægre, & euicit singula-
 re pietatis in illo studium: humi-
 que in ara collocauit, suoque ar-
 bitratu exemplaria eduxit, misit-
 que ad Hispaniæ dynastas ali-
 quot, Societatisque Collegia, vt
 Virginis cultus merito cresceret,
 quia mortalium patrociniū
 gerit.

Interpellare orantem Dæmo- 21
 ni studium sæpe fuit, nunc simij
 specie subsannando, nunc gi-
 gantis instar forma supra huma-
 nã maiore, spectrisq; territando.

S 4 Pin-

Pintia cubiculo digressus, Crucis se signo muniens: *Videsne,* inquit, *Marce frater, nigrum, & aspectu formidandum cacodemonem passim obambulantem?* Quo dicto acquieuit FRANCISCUS, animoque non nihil sedato, erubuit: quod metum eius præ se tulisset spiritus, qui ne capillo quidem capitis detracto, nocere homini, nisi Deo concedente, queat. Interrogatus aliquando à Socio, num metuisset, obambulare viso Dæmone noctu per conclaue, membrumque domus: demissis ille oculis modestè respondit. *Illud, frater, certè constat, DEO permittente, apparere interdum Dæmones: improbis quidem, vt à flagitiis territi abstineant, vel puniantur; bonis verò, vt ad pietatem exercentur, & merita meritis cumulent.*

Pre-

Precanti summo animi ardore ad Eucharistiæ aram, incidit forte lignea columella è gradibus. Nihil ille territus orare perrexit, quoad eam, qui aderant, sustulerunt.

Ea erat vultus hilaritas, de- 23.
cus, atque maturitas, vt Socij, etiam auctoritate summa prædicti, cum pietatis calorem refrixisse sentirent, vel aspectu illius, ad pristinum ardorem redirent.

Methymnæ Campi orantis 24.
conclauē ingressus Hieronymus Ruisius Portillius, Collegij Rector, qui post primus Peruanæ Indiarum Prouinciæ Præfectus fuit, FRANCISCVM lumine splendere, faciemque, Solis instar, radios emittere apprehendit.

Idem in Berlangæ vico, Aya- 25.
læ Doctori Societatis vsu venisse

comperi. Hic intempesta nocte cubiculum FRANCISCI, consilij gratia, ingressus, summis in tenebris splendere omnia, non secus atque si faces arderent, vidit: vultu item oculos præstingui obseruauit.

26. Templum de more ingressus, incredibili sagacitate nouerat, essetne, & in quo altari seruaretur Eucharistiæ panis ille celestis: ut rarò aberrarit aiens, vel negans: licet lampas incensa aræ appenderetur.

27. Ognari versanti, anno c. Io. Io. LII. litteras à Carolo Gandiæ Duce datas reddidit vetus, & domesticus familiæ cliens Sampson. Nunciabant late, auum esse factum, natumque primogenitum sibi FRANCISCVM nomine, qui post Gandiæ Dux. Nondū resignatis litteris, FRAN-
CISCVS

CISCVS vaticinans, sicut abellanium appellauit: *Exspectate aduenis, Sampson: valetne Franciscus recens natus?* Obstupuit ille, miratusque quis se cursor veredarius anteuertisset, qui nullum currendi finem fecisset, *Mercedem equidem, ait, lati nuncij abs te exigere cogitabam. Ad hæc ille; Ea te priuare nolo: ter tibi Angelicam salutationem recitabo, litterisque negocium Duci filio dabo tui vt rationem habeat, quæque donauerit, mihi expensum ferat.*

Ægrotabat grauiter FRAN-^{28.}
CISCVS Briones, è Societate, nondum sacris initiatus, comes aliquot annos peregrinationum FRANCISCI. Iam depositum pane, ac deploratum inuisit: animumque addens confidere iubet: *Non hic, inquit, ad mortem te morbus dabit, sed breui cõualesces.*
Idem

Idem rursus in itinere laboranti sibi accidisse narrauit Britones.

29. Segobizæ, ad eundem modum Ferdinandus Soler, doctor Theologus, tertiana laborans, dum noxium diem, morbumq; imminere sensit, interrogatus à FRANCISCO: *Satin' saluares? Ut vales? Quomodo visum est Deo* respondit ille: *Febrim exspecto. Cur exspectas?* ait. *Tu Pater, inquit ille, impera, ne accedat, ne exspectare cogar.* Fecit ut rogatus erat, imperauitque morbo. Lectulo indelætus, valensque se subduxit.

30. Ex Hispania cum Alexandrino Cardinale Romam per Gallias reuertens, comitem Ioannem Suarez habuit, Mirandam vsque; qui ad Iberum est Aragoniæ vicus. Hic discessione facta,
lo-

Ioanni de se prædixit fore, vt Romam vix saluus rediret: illum vero Castellanae Prouinciæ Præfectum iterum creatum iri: certe vtramque veram prædictionem fuisse, res ipsa declarauit.

Morti vicinus, cum fere cingneam vocem emitti Sapientes homines affirmant, Marco fratris prædixit fore, vt in Indiam adnauigaret; itaque euenit, cum ne Marco quidem tum id venisset in mentem.

Regulus quidam Hispaniæ, à filio dissentiens grauitè, segregarat se, vt ne aspectum quidem eius æquo animo ferret. FRANCISCVS, qua erat pietate, ad concordiam reuocare alloquijs studens, hortatur, parentem se esse meminisset. Filium ad se recipiendo, quod se dignum esset, facturum. Ille indignabundus vultu

31.

Plato

Phad.

Aristo.

lib. 9.

Histor.

Aelian.

lib. 2. ca.

23. Hist.

anim.

Plin. lib.

10. ca. 27.

23.

vultu terrebat, missum faceret illum sermonem. Igitur verbis FRANCISCVS repulsus, ad summum parentem DEVM confugiendum ratus, pacem venerans precatur. Venatum ille mox abiit, & ardente correptus febris, lectulo affixus iacuit. Post in mentem venit, morbo se iuste puniri, quod sana pij hominis consilia repulisset. FRANCISCVM è vestigio arcessit, veniam obtestatur; illiusque se fidei committit, & cum filio quamprimum in gratiam redit.

33. Summa illi animarum cura, quæ corporibus solutæ, purgante igne crimina expiant: vt etiam tum Dux Gandiæ assidue pro illis orarit, & Liturgias, remque diuinam fieri curarit. Cuius officij nomine saepe illi animas reduces apparuisse, gratiasque egisse

egisse narrant : promississe etiam
 se vicissim pro illo in beatorum
 sedibus D E V M precaturas.
 Hęc candide ille, vt omnia, Hie-
 ronymo Natali, sacerdoti opti-
 mo, narrare solitus: quem bis in
 Hispaniam ab Ignatio missum,
 commissasq; illi Societatis pro-
 uincias, diximus. Plura equi- *Lib. 2.
cap. 7.*
 dem, fateor, commemorare
 prædictionum, visorumque ge-
 nera poteram, testesque omni
 exceptione maiores laudare,
 quorum plerique etiam super-
 stites: verum hæc satis esse duxi;
 eo consilio à me allata, vt preca-
 tionis effecta in FRANCISCO
 cognoscantur: cum præsertim
 propositum sit virtutes potius,
 quam id genus signa laudare.
 Admiranda enim opera, quæ
 sancti homines patrarunt, mi-
 randa quidem: at solida, incor-
 rupta.

ruptaque virtus, imitanda etiam est. Illa immensam DEI erga mortales bonitatem ostendunt: hæc etiam ad imitationem excitulant.

CAPUT V.

De Penitentia effectis, sui que victoria.

RECTE in Asceticis iudicantur homines pij, suspectum videri orandi studium, nisi & sui victoria comes accedat. Sic enim appello, quam vulgo *Mortificationem*: quæ domandas esse animi perturbationes, affectionesque doceat. Sic Plato Philosophiam, mortis meditatione, animum à corpore abducendo, definiisse videtur. Non fugit cælestis hæc Philosophia FRANCISCV M. diu, multumque in ea exercitatum; cuius & multa passim
ex-

exempla retuli, & nunc pauca colligam.

Audito se præſente laudari ^{1o} quempiam de vitæ ſanctitate, atque innocentia, reſpondere ſolitus erat: *Talis erit, ſi ſe ipſe vincere norit.*

Corpus, carnemque hoſtem ^{2o} capitalem appellabat. Qui cum paciſci, induciasque facere perpetuo reſuſauit: quin & domare magis indies, magiſq; ſtudit. Qua in re, quæcumq; opem ferre ſolerent, amicos, ſociosq; appellabat. In ſolis ardoribus, ſummoque aut æſtu, aut frigore, & imbribus iter faciens, dicere ſolitus: *Quam belle me iuuant amici!*

In morbis ſumma ſemper ad ^{3o}hibita patientia, dolores conſtanter ferebat, quin & augere illos ſtudebat, quo meriti vberi-

orleges colligeretur. Pharmaca ægrotans, quamuis amara, forbendo hauriebat, vt amaritie diutius cruciaretur. Catapotia quoque dentibus, eadem de caussa, mandere solitus: vt qui ministri voluptatis olim fuerant, ijdem pœna torquerent. Caussam aliquando rogatus, modeste respondit: *Belluam istam* (sic enim corpus nominabat) *plorare iubeo: vt quam deliciis voluptatem cepit palatum, eandem abstinendo amittat, expietq³.* Meminerim & ego, Christum Saluatorem fel in Cruce gustasse.

4. Septimancæ Societatis tiro coqui officio functus, FRANCISCO condire cibos gustatui iucundos studebat. Collectis itaque in viridario herbis, absinthium amaram herbam ignarus decerptam collegit, & iusculum
Patri

Patri
ter, iu
& ve
rum.
cuiffe
us, re
reliq
re co
Ille g
am p
le: De
benig
sum
re ina

De
spitiu
Busta
mine
labo
impr
facie
dans

Patri apponens: *Ede, inquit, Pater, ius mea manu conditum.* Edit, & vero libenter, tametsi amarum. Rogatus vero ecquid placuisset: *Nihil vnquam edi me dignus,* respondit. Gustarunt, quod reliquum erat Socij, ruboremq; re comperta coquo incutiunt. Ille genibus mox accidens, veniam precatur imprudentia. At ille: *Dominus tibi benedicat, faciatq; benigne. Vnus tu de tot fratribus sensum meum nosti; quaq; potissimum re indigeam, percalles.*

De via fessus, diuerterat in hospitium, humilemq; casam cum Bustamantio, pro lecto in stramine diuersi accubant. Tussi hic laborans, tota nocte conspuat imprudens FRANCISCVM, faciem etiam non raro foedans. At ille nihil turbatus, tacitusq;

tusque transegit noctem, sputo deformatus, vix ut agnosci posset. Vbi diluxit, comperto quod res erat, veniam Bustamantius precatur. Ad hæc ille: *Non est, Pater, quod ea re labores: nec enim vsquam me dignior locus in cubiculo sputo aspergi debuit.*

6. In Hispaniam cum Alexandrino Cardinale reuersus, germane sorori Ioanne Crucis, quæ lacris Diuæ Claræ virginibus Madriti præerat, dicere solebat: *Nostrum est, qui religiose nos vita consecrauimus, quater, & vicies quotidie morti nos comparare, ut eorum de quibus Apostolus ait, Mortui estis, numero simus. De me quidem affirmare liquet, Quotidie morior.*

Obs.

7. De purgantis ignis pænis aiebat, non tam pænarum nomine metuere se, quam quod nullus
ibi,

ibi, vt in mortali hac vita, meritis, operibus bonis, ac pœnitentiæ, relictus locus sit. *Alioqui, inquit, pridem à Deo poposcissem.*

Modestix sibi fore affirmabat, si quando forte imparatum se, nullaque sui, sensuumque victoria mors opprimeret. Aduigilabat itaque sedulo, perpetuumq; cum corpore bellum gerebat. Quod vt maxime tegeret, celatumque cuperet, manabat tamen foras. Capillos enim ipsum sibi vellisse deprehensum. Scrupulos, lapillosque, & arenam calceis iniiciebat, vt pondere ambulanti, asperitateque molestiam adferrent. In diuersoriis, ne noctu in se flagellis sauire audiretur, ad artes confugit, quibus sanguinem sibi excuteret, vellicaretque se, ac pungeret. Sole ardente, pedetentim ambulabat.

bulare: niues item hyeme lente calcare, & id genus alia adhibere, quo se ipse vinceret.

9. Gothalaniam dum Prorex teneret, & Societatis post Generalis Præpositus, cilicia, atq; flagella clauibus occlusa, pannosque quibus sanguinem detergeret, habebat. Cilicia etiam vsque eo camelorum pilis horrida erant, vt vel spectanti terrorem incuterent.
10. DEVM orans, humum ore dit contingebat: ex quo molares dentes amisit, atque igni labia succensa: vt propius factum sit nihil, quam vt eo morbo periclitatus, vita decederet, ni tempori cauisset.
11. Flagellis humeros, lumbosque disciderat, vt putrescere viderentur: quæ res religionem illi iniecit, Fidere tamen se aiebat, bene-

beneque sperare, fore, vt DEVS
sui misertus ignosceret, si quan-
do modum excessisset: quod pio
id studio factum esset: meminif-
setq; idem aliis prius vsu venif-
se.

Dicere solitum ferunt, Pæni 12.
tentia viam in cælum muniri.
Urgebant Ognatæ sacerdotes a-
liquot Societatis, longe illi carif-
simi, de sui victoria, ne eos per-
petuo celaret. *Equidem quando
ita vultis, inquit, acerbam mihi vi-
tam, cibumq; amarum duxero, quo
die non me ipse flagellis cecidero.*
Qua in re, nihil remisse agere: vt
Socii interdū octingentos ictus,
verberaque numerarint. Nec sa-
tis erat poppylmo, seu complofis
vola manibus, vt solet, signum
datum, vt à cedendo tempera-
ret.

Dicebat & illud, ne se deliciis de
lini-

linitum lautius acciperent, donec à DEO quæ vellet impetravisset. Poscebat enim assiduis precibus, ut deliciae in cruciatum verterent; dolores contra voluptati essent. Filiam itaque Lermæ Comitem, cum mœstam, ægramque videret, & quiritantem his alloquijs solatur, *Dolores nolenti DEVS, immittit, postulanti negat.*

14. Cum in Principum aulas divertere inuitus cogeretur, ea duntaxat edulia, quæ domi in triclinio, frugali in mensa, edebat. Si mollis, ut fit, lectulus stratus esset, sine arbitris, eulcitram unam, fulcris subductam, humi collocabat, hic somnum capiebat, mane vero reponebat.

15. Pœnitentiæ quantum in Francisco studium fuerit, vel illud argumento est. Rogatus aliquando

do Septimancæ à Bustamantio, ut ea illi à Deo postularet, quæ sibi ipse exposcere soleret. Ternę vix horæ abierant, ecce tibi ardentissima corrept⁹ febris Bustamantius, cum capitis dolore, ut in rabiem agi videretur. Didicit nimirum illud esse quod Franciscum, rogarat, maioresque se spiritus, quam vires gerere, neque cum FRANCISCO esse comparandum. Optatis itaque liberari, tanquam voto, cupiebat. Precaretur itaq; rursus DEVM, ut morbum depelleret. FRANCISCVS bono esse animo imperat: nec enim pati DEVM tentari nos supra id quod possumus. Precibus iterum fuis, abiit continuo morbus: remque deinceps non sine rubore narrare Bustamantius consuevit: audaciam, sui que confidentiam

T auer-

auerfatus, maioresque gigantis esse, quam pumilionis vires fatebatur.

16. Abstinentiæ immodicæ causa, dolorumque ventriculi imbecillioris, morbique cardiaci, viginti ferè annos à piscium esu abstinere medici eum iuebant, quadragenarij ieiunij tempore, nisi si in discrimen caput, vitamque adducere vellet. Quibus quidem non parere, durum videbatur, atque incommodum: euicit tamen precatione, animique celsitudine. Audito enim Pium Quintum Pontific. Max. ætate maiorem, annua ieiunia religiose seruare, nulla ætatis fessæ, atque decrepitæ habitatione; idem sibi vel capitis discrimine tentandum putauit. Quod cum bene, feliciterque euenisset, absq; valetudinis detri-

trime
poris
parti
re pe
pufcu
sed à
celfo
maba

E
folat
tum
dum
ceren
diene
Quin
Hiero
tum:
quia n

Ass
V

trimento, diuturna illa verni tē-
poris ieiunia, & quatuor anni
partium, atque Aduentus, serua-
re perrexit: mirantibus, qui cor-
pusculi imbecillitatem nossent;
sed à Deo vires, quod res erat,
celso animo suppeditari existi-
mabant.

E morbo decumbentem cō- 17.
solaturi qui accesserant, in cubi-
tum erigi solitum obseruarunt,
dum diuinis de rebus verba fa-
cerent, siue cupiditate sacra au-
diendi, siue discendi studio.
Quin & identidem tunc in hæc
Hieremiæ verba erumpere solitum:
*Desolatione desolata est terra, Hier. 12.
quia nullus est qui recogitet corde.*

CAPVT VI.

*Affinium amorem quatenus
resinxerit.*

VICERAT se ipse FRANCI-
SCVS, non penitentij dū-

taxat corpus spiritui; verum etiam animi perturbationes subigendo. Ex his qui æquo maiorem erga propinquos affectionem vicerit, næ ille alias animi perturbationes, motusque, non perinde violentos, superabit.

Lib. 7. in
Iob. cap.
14. &
Hom. 27.

Sunt enim plerique, inquit Gregorius, qui non solum aliena non appetunt, verum etiam cuncta que possederant in mundo derelinquunt, semetipsos despiciunt, nullam presentis vitæ gloriam requirunt, ab huiusce mundi actibus separant, & pæne quicquid prosperitatis arriserit, calcant; sed tamen adhuc vinculo carnalis cognationis alligati, dum amorì propinquitatis nimis seruiunt, ad ea sæpe per affectum cognationum redeunt, que iam & cum proprio despectu subegerant.

I. At FRANCISCVS postquam vocatus à DEO est, nihil habuit anti-

antiquius, quam *obliuisci populum suum, & domum patris sui*: vt iam inde à puero in Religionis secessu educatus videretur. Immo ne in sermone quidem deprehendi cognatorum, affiniumque vllū amorem passus est. Mirabantur id alij; agnati etiam indignabantur; vtrique tamen, quod domi discerent, habebant. FRANCISCVM tamen felici memoria præditum, oblitum tamen propinquorum fuisse, vt ne minimum quidem de illis cogitaret. At qui recta rem ratione expendere soliti, facile animaduertere, eum cognatorum amorem caelesti mutasse: & conditorem, opificemque vniuersi, rebus conditiis iure optimo prætulisse. Literis itaque Antonij Araosij Roma ea de re missis, constanter respondit: *Meos equidem amare*

non desii: Deumque quotidie venerans precor, saluos, incolumesque esse iubeat. Et forsitan gratior Deo precario, quæ quam minimum carnis, & sanguinis habeat admistum. Pereat ille amor, vt viuat, quem quero, celestis.

2.
Li, 2, c. 6.

In oppido, quod Regina casam appellari diximus, agenti, Dorotheam filiam obijlle diuinitus nunciatum, eo ipso quo migravit horæ momento, ad Diuæ Claræ Gandiæ: sed nihil mutatus, animoq; turbatus, quasi ad se nihil attineret. Verum non perinde mirandū, in filiæ morte inæstum non fuisse, quæ iam inde à pueritia virginitatem Deo consecrarat; propterea quod exsiliij sui terminum, vt pridem optarat, nacta esset: illud plerique magis mirabantur, Isabel lam filiam, Lermæ Comitem, sin.

singulari matronam virtute, do-
 tibusque naturæ præditam, non
 luxisse. Pintia enim aulam Prin-
 cipis ingressurus, obuium habu-
 it, qui tristem, subitumque filiaë
 interitum nunciaret. Paululum
 itaque clausis oculis, aperta verò
 ad DEVM mente orans, beneque
 mortuæ precatus, perrexit. Re-
 bus in aula gestis discessurus,
 Principi dominæ dixit: *Ora, qua-
 so, pro anima famule tuæ Isabella,
 quam nunc morbo minime lento, sed
 repentino exstinctã audiui. Ad hæc
 illa: Itane tã tristem nuncium obiter
 à discedente nuntiari mihi oportuit?
 nihilne parentē, talis filia mors mo-
 uet amplius? Depositũ, inquit, acce-
 perã: repetijt Dominus. Reddamus i-
 tag, vt par est, alacriter: quodq, tam
 diu vsurã eius dederit, grati testifica-
 tionē animi demus. Igitur nõ lugen-
 dũ, præsertim cũ his vitæ miseris, &*

corporis vinculis solita emerferit; in
 Beatorumque sedes, DEI clemen-
 tia, vt spero, & opto, commigrarit.
 Domum vbi reuertit, sacris pro
 illa operatus, aliam luctus signi-
 ficationem nullam dedit. Eo
 ipso die allaturus cōsolationem
 alloquijs accessit. Comes stabi-
 lis: cumque nihil mœstum in
 vultu animaduertisset, indigna-
 bundus: Tene, inquit, tali filia a-
 missa, nihil moueri? Modeste sub-
 iecit ille: Ex quo me tempore DEO
 dedicaui, sic cor illi meum libens,
 volensque obtuli, nihil vt in rebus
 humanis turbare illud posset. Cum
 itaque acerba incidissent, duo
 ferè dicere solitum ferunt: Res
 humanas, vt quæ nihil ad nos atti-
 nent, in minimis pono. Et il'ud: An
 abbreviata est manus Domini, vt sal-
 uare nequeat? quid igitur timea-
 m⁹? Si Deus pro nobis, quis cōtra nos.
 Rem

Isa. 50. &

59.

Rom. 8.

Rem diuinam faciebat in æ- 3.
 dibus filia, Lermæ Comitis. Ge-
 neraræ imposuit effigiem con-
 iugis eius Leonoræ, sed B. Ca-
 therinæ nomine insignitam. Ille
 nihil mutatus, sed obfirmato a-
 nimo fuit: peracto demum sa-
 crificio, rogatus à Socio, cuius
 ea imago esset: Leonoræ, inquit.
 Verum nihil nos mouit, nisi vt
 DEVM pro ea precarer ardenti-
 us. Addidit & illud: Comiti me-
 is verbis manda, effigiem in cu-
 biculo habeat licet: altari post
 hac ne imponat, etsi ex Leonora
 Catherinam fecerit.

Cæsar Carolus, cum secundo 4.
 in suum ad Iusti secessum euo-
 casset FRANCISCVM, peri-
 culum facere voluit, verane ef-
 sent, quæ inaudierat, liberos
 iam ex se natos nihil curare. In-
 iecta itaq; de filijs mentione, de
 T s natu

natu maximo Carolo, Gandiæ
 Duce, conquestum apud se nar-
 rat Sanctium Cardonam, Am-
 mirantitum, vt nominant, Ara-
 gonix, quod ditionem illius, in
 Gandiensi agro, Regiam nomi-
 ne, contra ius teneret. Quid hic
 facto opus iudicas? & vter caus-
 sa cadet? Ad hæc FRANCISCVS:
*A quo stat ratio, iusque, non habeo
 dicere. Illud tantum maiorem in
 modum peto abs te, Cæsar, vt San-
 ctio Cardona non ius duntaxat sar-
 tum tectum reddatur, verum etiam
 illi gratificeris potius, quam filio
 meo, Itane, inquit Cæsar, tuorum
 liberorum causam agis? nonne præ-
 stat eam liberis tuis gratiam tribue-
 re? Rursum FRANCISCVS,
 Cardona fortassis ea magis gratia,
 quam filius meus, indiget. Mirifice
 Cæsar hominis constantia dele-
 ctatus, collaudauit: nec temere
 esse,*

esse, quod vulgò iactarent, illum
carnis se, & sanguinis amore o-
mnino spoliasse.

Miratus & Pontifex Pius ^{s.}
quartus eandem in FRANCISCO
virtutem. Romæ enim illo ver-
sante, filius Aluarus Borgia, bo-
na Pontificis venia, atque indul-
to, ducere domum Ioannam A-
ragoniam, sororis suæ filiam, o-
ptabat: quæ iam Marchiona-
tus Alcanisij hæreditatem adie-
rat. Cognito Pontifex FRANCI-
SCI filium Aluarum esse, mira-
tur, cur non à se beneficij loco
postulasset FRANCISCVS; de
quo bene merendi occasionem
vndique captaret. Accitum ita-
que illum, nihilque cogitantem
quidnam vellet Pontifex, inter-
rogat, *Aluarumne filium haberet.*
Annuit ille. Ad hæc Pius: *Cur ne
verbū quidē adhuc ea de re apud me
se-*

fecisti? gnarus quantum tua, tuo-
 rumq; caussa cupiam. Subiecit
 FRANCISCVS: Multis equidem,
 beatissime pater, vndique arietibus
 ex Hispania oppugnabar, vrgebarq;
 precibus, vt Aluaro filio id benefici-
 um abs te impetrarem: verum, vt
 quod res est, dicam, vt ad hanc diem
 id abs te postularem, imperare mihi
 non potui. Nam si ius, equumque po-
 stulat filius, me nihil opus apud te
 deprecatore: sin petit iniquum, ro-
 gare meum est, ne secundum illum
 sententiam pronuncies, neue indul-
 genter cum illo agas: vt & in praesens
 etiam, atque etiam rogo. Si enim
 is sum, qui esse debeo, maiorem
 rationem religionis, tuaeq; dignitatis
 habeam necesse est, huiusq; aded A-
 postolicae Sedis existimationis, quam
 privati emolumentum: quod quidem
 publico cedat, comuniq; bono, oportet.
 Recreatus incredibiliter Pius
 pru-

prudente FRANCISCI responso,
 iudicium, mentemque lauda-
 uit. *Quid igitur faciendum censes?*
 inquit. Hic FRANCISCVS: *Duo*
eandem ambiunt sponsam, eodem
cognitionis vinculo astricti: alter
matris, patris alter frater: vterque à
Sede Pontificia gratiam supplex po-
stulat. Et quoniam iudicium requi-
ris meum, equidem in ea sum sen-
tentia, è re sponsa fore, liberam illi
optionem relinqui, vt vtri nubere
malit, pace tua, nubat in Domino.
Quo fit vt vtrique facias satis, & il-
la quem elegerit, coniugem nanci-
scatur. Obstupuit ad hæc Ponti-
fex, hominis prudentiam præ-
dicans: dissensit hic tamen ab il-
lo; secundum Aluarum ex æ-
quo, & bono pronuncians, vt i-
bona cum venia sororis filiam
in matrimonio haberet: hoc ad-
dito elogio: Sede Pontificia di-
 gnum

gnum videri, vt qui præclaram
ei operam adhuc nauasset, eius
ratio haberetur: quique DE I A-
more, titulis sese omnibus, libe-
rorumque adeo amore, & cura
abdicaſſet, eius tutelam Pontifex
ſuſciperet. Profuit itaque durus
is parentis animus Aluaro am-
plius, DE O ita iubente, quam ſi
parens ſupplex id poſtulaffer.
Nobis item, qui in eadem fami-
lia ſumus, domesticum reliquit
exemplum, oportere nos, à re-
rum humanarum ſollicitudine
liberos, in DE VM, cui cura eſt,
eritque de nobis, amorem tra-
ducere.

CAPVT VII.

*De pietate, morumque ſacili-
tate.*

*Epist. 4.
ad Ruſt.
Monach.*

RECTE laudat D. Hierony-
mus Exſuperium Tolofæ
Tecto-

Tectosagum Episcopum, quod
ieiunaret ipse, ciboque demenso
suo, suum defraudans genium
vnciatim parceret, vt alios fame-
licos aleret: cruciareturque alio-
rum potius, quam sua inedia.
Idem FRANCISCO vsu venit, qui
in se rigidus erat, & seuerus; in a-
lios blandus, ac facilis: nihil vt
sibi ignosceret, aliis omnia. Pa-
rentum caritatem, vt diximus,
non exstinxerat; sed carnis, &
sanguinis amorē, diuino illo, &
cælesti permutarat. Minus quidē
erga affines blanditiis vtebatur,
tamen si quid, salua Religione
postularent, qua consolādo, qua
re, consilioq; iuuando, benignū
parentem experti sunt: vti frustra
nunquā eius operā desiderarint.
Eximia vero illius in ægrotos pi-
etas exstitit, nihil vt deesse illis
eorum, quæ medici requirerent,
pate-

pateretur. Socij omnes probe norant, tuto in illius aures, & finum deponi omnia, quæ cruciantur: mœstitiamque detegere libenter solere, siue corporis morbis, siue animi, laborarent. Neque importunos se futuros, aut molestos metuebant. Nec, ut plerique solent, de temporis angustiis exoptulaturum.

- I. Ex hac morum facilitate mos illi natus, ut nihil asperè imperaret, *Hoc facito*: vel, *Illud cura*: sed hisce blandiciis delinitos sic appellabat: *Fac, quaeso, illud DEI causa, & amore adductus. Aude resne illo, valetudine salua, proficisci? Valesne, ut in missionem Evangelicam pergere queas? Commodumne tibi erit doctoris titulum tueri, huius, vel illius artis? vel sic: In mentem mihi venit, hoc tibi munus imponere: sed animi tui sensum*

sum explorare prius libuit. Id genus officii promptos, alacresq; expertus est magis. Si quem angustiano, cruciarique comperisset, omnes ingenii nervos intendere, quare potissimum in partem laborum veniret, onus subleuaret, consolationemq; posset pius parens adferre.

Si quis humanitus lapsus, im-^{2.}pegisset in re leui, nihil acerbius eloqui solitus; hoc tantum, Ignoscit tibi DEVS, sic te sanctum videam frater: quomodo dictum, factumue illud abs te? Sin grauius deliquisset, ad se arcessitum blande compellare, nihil tamen impunitum relinquere: parentis optimi simul & medici functus officio. Crimen itaque referre, petere vt poenitentia ductus resipiscat. Paratum sese in poenae partem, licet culpae affinis non esset

Lib. 2.
sap. 11.

esset, venire, vt libro secundo demonstratum est. Hoc caritatis signo, pietatisque, quod sibi propositum erat, facile consequebatur, vt ad meliorem frugem suos ab erratis reuocaret; illud identidem vsurpans: *Facilitate nihil esse homini melius, atque clementia. & Omnia prius consilio experiri, quam armis, sapientem oportere.* Postea vero si mores, ingeniumq; mutasset in melius qui deliquerat, summa præteritorum errorum obliuio erat. Quæ etiam virtute Ignatium cæteris præstitisse accepimus.

3. Dicere solebat, qui DEVM ducem sequeretur, eum oportere non vnum sibi caput, binos oculos, manusque attribuere, sed plurima membra cum cæteris habere communia. *Amicorum enim communia, aiunt, esse omnia.* Quo

Quo fieret, vt in communi cala-
 mitate, sensū doloris ad se quoq;
 pertinere existimaret. Sic fore, vt
 vnus omnes corporis membra
 essent? &, quod de se Apostolus
 ait: *Quis infirmatur, & ego non in-*
firmor? Quis scandalizatur; & ego
non vrro? Iter ingressurus, comiti
 negociū dabat, vt de tenui viati-
 co, quemuis mendicū obuium,
 indonatum abire ne sineret: ea
 tamen moderatione adhibita,
 vt à mendico etiam profectam
 eleemosynā appareret: nisi si quæ
 grauior incideret necessitas, quæ
 lege circūscribi non deberet. Si
 nihil q̄ aliis largiretur suppete-
 ret, animo lætus, q̄ sponte ino-
 piā esset amplexus, mente hæc a-
 gitabat, ferebatq; : *Si esset, quā li-*
beter tibi donarem! Hæc vero gra-
 tior Deo, q̄ corda scrutās homi-
 nū, donātis animo munera me-
 titur,

2. Cor. II

titur, eleemosyna est: cum quis inops à rebus, animo tamen hilaris, ac beneficus, dare paratus est amplissima; quam si diues donum, frigide tamen, offerat.

- 4 Cum singulari omnes caritate complecteretur, tum eos, potentissimum, qui de fama illius calumniando detraherent. Illos enim bene de se mereri affirmabat, quod ne quid prudens admitteret reprehensione dignum, redderent cautiorem. Sic enim Sapientes olim homines iudicaverunt, magnas ex inimicis utilitates capi & posse, & debere. De his ipsis nunquam minus honorifice loqui auditus est; immo honorifice de ipsis sentire, & predicare solitus. Quin & detrahi de illorum existimatione praesens, si adesset, nunquam sine-

*Plutarc.
de utilit.
ex hostib.*

bat : illa fere familiariter adhibens: *Recte ille à se factum existimat. Zelus non est improbandus.* Vel sic : *Maiora debentur peccatis meis supplicia. Si quid errant, veniã illis, à DEO precor.* Incredible vero memoratu est, fronte quam serena appareret, cum male aliorum, non suo vitio, audiret, vt quasi media in tempestate portum tenere videretur. Nec verbis tantũ erga inimicos officiosus erat, sed & beneficiis, cũ res daret, illos frequenter obstrinxit. Eius rei exempla colligere plura queam, sed ne quem lædere prudens videar, neue nominare cogar eos, qui hostiliter in eum incurrerunt, calumniisque vexarunt, supersedebo.

Lis illi erat, non de tribus cassellis, Ducis etiam num titulum gestanti, cum Francisca nouerca: quam

338 DE VITA FRANC. BOR.
quam litem persequi, salua reli-
gione, ne bonis heredes fraudas-
se ignauia videretur, & iure ex-
periri coactus, lite tandem ca-
dens, tantum abfuit, vt moleste
FRANCISCVS tulerit, rem sibi
abiudicatam, vt etiã hilari fron-
te, summam animi constantiam,
atque adeo lætitiã ostenderit:
&, vt amite narrabat, gratiam iu-
dicibus habuerit. Nouerç enim
consultum potius, quod eam
coleret, quam sibi cupiebat. Ta-
li, tantaque iudicij præstantia iu-
uenis adhuc, nullis sacris initia-
tus, fuit, vt caritatem, tranquilli-
tatemq; animi, Fortune bonis o-
mnibus anteferret.

6. Laynes Præpositus generalis,
ad omnes Hispaniæ Prouincias
litteras dederat, nomina perscri-
berent, quibus eam DEVS men-
tem daret, vt, vel apud Indos
vi-

vitam in Euangelij prædicatione profundere parati essent: vel in Europa, prima Latinæ linguæ elementa pueros docere non erubescerent. FRANCISCVS, cui tum commissa Hispania, etsi legibus istis solutus esset, sua tamē manu Layni scripsit hanc animi testificationem, tabulis consignatam, optare sese pro CHRISTI nomine apud Indos sanguinem fundere, caputq; periculis obijcere. Orare itaque bona illius venia liceret in eam expeditionem proficisci; precibusque ad Deum fuis, hanc illi voluntatem promoueret.

CAPVT VIII.

De prudentia eiusdem.

DIVINÆ, non humanæ prudentiæ vnum instar omnium

um argumentum hoc est: excel-
so FRANCISCVM animo bonis
Fortune, titulisq; omnibus nun-
cio remisso, sponte Christianam
inopiam esse sectatum. Pruden-
ter nimirum iudicabat, caduca
hæc, atque inania, quæ sub aspe-
ctum cadunt, pro nihilo ducen-
da, libenterque æternis permu-
tanda. Quam quidem cælestem
sapientiam, mens hominis, cali-
gine hebetata, & tenebris obdu-
cta, nisi fidei lumen, Dei munere
concessum, accedat, perspicere
minime potest.

1. Si qui Societati nomen dare
vellent, minimisque rebus, ut fit
initio, vrgerentur, quo minus se
totos addicerent, largiri illis mi-
nuta, funemque concedere, sal-
ua tamen religione, & cōmodi
spe maioris, solebat: gnarus fu-
turum, ut tempore ipso exi-
lia

lia illa, & parua, (quæ, tanquam moles immensas, obijcere Dæmon mentibus soleat, vt salutis res minus procedat, (veluti nebulæ sole, dissiparentur. Huius rei documenta hæc habeo. Nobilis illustri loco in Hispania natus, à DEO quidem vocatum se, vt Societati aggregaretur, ad FRANCISCVM retulit; vna tamen re impediri, ac deterreri, quod sine famulo, qui vestibus, calceisque eum spoliaret, indueretque, se commode viuere posse negaret. Ad hæc FRANCISCVS: Si nihil moratur aliud, recipio daturum vnum è Sociis, qui seruiat, & quidem promptius, quam mercede conducti. Vix octauum iam diem opera illius vsus, facti pænitens, erubuit: Sociis ministrare ipse cepit, pedes osculari, & veniam

V
pre-

precari, seruum se omnium appellans.

2. Alter item domi nobilis, vnam sibi rem in Societate arduam ratus, recens, vt consueuerat, quotidie indusium non mutare. Annuit FRANCISCVS. Indusium, inquit, cum volēs, accipies, ne ea te res à perfecta vita cursum impediāt. Nec longius factum est, erubuit & ipse, factique perdidit, quod inania illa in deliciis habuisset. Mox molle indusium cilicij asperitate mutauit, & ad extremum vsque durauit diem.

3. Sacerdos item, non vulgaris eruditione, cum belle domi sua agitaret, ampleque habitaret. Septimanæ Sociorum numero adscriptus, angustas tironum cellulas contemplatus, animo angusti, ac debilitari cœpit. Cognouit FRANCISCVS, quod res

rat, amplissimum Collegij domicilium illi attribuit: hoc amplius, domestica suppellectile vti-
tium passus est: sic breui angustum hominis animum superavit. Consilij enim post non diu
puduit, piguitque, cubiculoque digressus, cellam occupavit angustam; paupertatemque præcipue religiose tenuit.

Illud in primis studiose cauit 4.
FRANCISCVS, ne missiones susciperent Euangelicæ prædicationis, Collegijque fundamenta iacerent nisi quorum singularis esset, probataque pietas. Vt enim ædium fundamenta, ita & rerum omnium principia, in quibus sunt reliqua, permagni interesse aiebat, à quibus iacerentur. Dicere itaq; solitum ferunt, eas de se missiones sibi placere, quæ in ærorem adferent; quod

familiaritate tum priuaretur optimorum Sociorum. Vtrisque verò illud in primis negocij dabat, vt quot, quantaque negocia vrgerent, orandi tamen studio nunquam abstinere: neue precationem, animi partem, scientes, prudentes omitterent.

§. Ad studia quod attinet, commune hoc illi cum Ignatio iudicium fuit, nemini Sociorum fas esse, nouas, peregrinasque sententias tueri. Neque id in Theologia, optimarum artium regina, duntaxat cauendum, vbi maiore animorum periculo peccatur, sed etiam in philosophandi ratione tenendum existimabat. Qui enim hic auderent inaudita, præterque omnium opinionem sententias defendere, eos in grauioribus disciplinis idem ausuros aiebat.

Con-

Concionatoribus Sociis au- 6.

ctor idem existit, scriptoq; con-
 filium mandauit, spiritum in
 concionando adhiberent, di-
 cendique vim, & audientium
 corda permouerent. Non ad
 inanem pompam, ingenijque o-
 stentationem orationem com-
 ponerent. Sacrorum Antistites,
 & Principes caute, prudenter-
 que tangerent. Si quid repre-
 hendere necesse haberent, do-
 lore se id facere coactos, non ira,
 aut odio adductos, ostenderent:
 illo enim vel ferreum animum
 moliri: his etiam irritari audi-
 tores. Suo id exemplo confirma-
 bat: *Cum enim acriter vitia repre-
 henderem, inquit, me ipse obiurga-
 re videbar. Quo fiebat, vt maiori
 impetu dicerem, & ad misericor-
 diam alios incitarem.*

Pestilentia grassante in aliquot 7.

V 3

Ira-

440 DE VITA FRAN.BORG.
Italiae, atque Hispaniae Prouin-
cijs, consultus à Societatis Patri-
bus FRANCISCVS, quid,
tanto in communi discrimine,
facto opus videretur, vt & cari-
tatis ratio haberetur, nec fundi-
tus morte Collegia exhauriren-
tur. Hanc ipse rationem inijt,
excogitauitque salutarem. No-
mina ad Rectores singulos re-
ferrent ij, qui communi se rei-
pub. commòdo deuouerent: Ex
his, delectu habito, ij tanquam
in statione milites praesidio re-
linquerentur, qui & vitae sancti-
tate praestarent, firmaque essent
valetudine, animoque celsiore
praediti: minore ad hæc Societa-
tis iactura periculis obijcerentur.
Hos à ceteris segregatos, proxi-
morum salutem incumbere vo-
luit. Quo factum, vt multi per-
durarint, operamque nauarint

gnauiter in Hesperia vtriusque
 Prouincijs, vbi pestis vrbes tum
 populabatur: magna laboris pa-
 tientia, ciuium etiam admirati-
 one, & Sociorum, qui interie-
 runt, non exiguo præmio. Mar-
 tyrum enim in numero etiam
 habitos, qui caritatis hoc mu-
 nus recte obirent, in Romanis
 Martyrum Fastis, & Eusebio le-
 gimus.

Martyr.
28. Febr.
Euse. lib.
7. ca. 20.

Fratres, quas *Coadiutores* vulgo 8.
 appellamus *Dei sapientes* Franci-
 scus appellare cõsuerat, qui mo-
 rum simplicitate, humilique o-
 bedientia, & pie orarent, & do-
 mestica officia probe obirent.
 Gnarus DEVM precantibus illis
 ea suggerere plerumque solere,
 quæ mundi sapientes è libris
 haurire non possent.

Qui cæteris præessent, dicebat 9.
 non vna omnes qui parerent,
 V 4 regu-

regula metiri oportere: sed bonos milites imitari, qui pro fistulæ captu machinam illam bellicam sulphureo puluere implēt, ne diffiliat.

10. Cum humanitus lapsum aliquem narrarent, de quo minimum metuebatur, se ipse tacite explorans, & imbecillitatis humanæ conscius, vulgatum illud in ore habebat: *Homo sum, humani à me nihil alienum puto.*

11. Consultus à Patribus Collegij, qui etiam eleemosynis aleretur, à diuite quidem illo, sed qui male audiret, rectene acciperet.

9. Re. 17. Ad hæc ille: Eliam Prophetam, & Paulum Anachoretam à coruo quotidie alimentum accepisse: ne dubitarent igitur sese à DEO pasci, corui opera. His enim eleemosynis, & precibus, vt solet, à DEO bonam illi adre-

sipi-

si piscendum mentem datum iri:
 ut à coruo, carniuoraque aue,
 columba tandem euaderet.

Mirabatur eos, qui quantum
 alijs de honore in salutando de-
 traxerint, tantum sibi arrogent,
 vindicentque: eaque re magni
 videri velint, cum ieiune alios
 appellarint, quibuscum certare
 officijs oporteret. Hinc odia, ri-
 xæque existant, detractio ori-
 tur, violatur amicitia. Modum
 itaque titulis statuendum, ne tot
 odia nascerentur; ut mercibus
 precium in bene constitutis re-
 bus publicis solet, iudicauit. Ipse
 verò minime restrictus in titulis
 dandis fuit, immo perliberalis,
 & benignus, si quem his palatij
 fumis delectari intelligeret. Si
 peccandum, inquit, alterutram in
 partem est, in exsuperantia quam se
 qui detraham, offendere mal.

Socius quidam imprudenter
triclinium nudus ingressus erat,
vt in se ipse flagellis saeuiret, Bea-
ti Francisci exemplum, credo,
imitari studens. Noster, non in-
iuria, moleste tulit, pœnamque
irrogauit, Cassiani illud repe-

In prafa.
do Colla.
2. *tens: Sactorum quedam miranda*
esse facta, non imitanda.

14. Dicere solebat, Religiosorum
hominum vitam, Crucem esse
perpetuam, atque Martyrium:
quod vincere quotidie seipse ne-
cesse haberet, & perpetuo obtē-
perare ex voto debeat. Viderent
itaque maiores, onera tempera-
rent, subleuantque: neue no-
ua excogitarent, pro viribus cui-
usque, onus imponerent.

15. Sacerdoti administrandi Col-
legij, ad tempus, negocium de-
derat. Qui cum remisse ageret,
ratus breue id tempus fore: non
ad-

admodum itaque laborandum. Indignatus FRANCISCVS acriter reprehendit. Sic inquit, vel paucis diebus Societatis res geri debet, quasi perpetuum munus esset. Nocet enim, qui frigide res administrat, ut vel temporis momento per negligentiam amittatur, quod multis retro annis, sudoribusque partum est. Vel militia verum id esse docet, amissis breui urbibus, quæ longa obsidione captæ, in potestatem venerunt.

CAPVT IX.

De animi candore, cæterisque virtutibus.

IVRE Ambrosius pro funere laudavit in Satyro fratre Prudentiam, sed ingenij candore, morumque simplicitate eximiam: qui de alijs nihil sinistrum suspicaretur. Eadem FRANCISCVS laus propria, qui serpentis pru-

Mat. 10. prudentiæ, columbæ simplicitatem ex Christi præcepto, adiecit: facilitatemque gravitate temperavit. Non illum fugiebat, aliter mundi sapientes iudicare solitos: calliditate nimirum Prudentiam constare. Præstantior tamen ea virtus, atque perfectior, quæ candore simul & simplicitate conditur.

- I. Ne quid igitur secius de aliis suspicaretur, animo suo imperarat, impetraratque. Irrepere itaque falsum de quoquam iudicium non sinebat. Abditos esse hominis recessus, atque latentes: proinde difficile animum cuiusque cognosci, & temere plerumque damnari. Quare non facile de alijs iudicium ferendum. Falli enim nos sæpe, errare, ac decipi iudicando. Tutissimum videri, bene de omnibus existi-

existimare, ac loqui: errata verò
aliorum in bonam partem acci-
pere, & quoad liceat, excusare.

Affirmabat, falli te aliorum o-
pera malle, quam temere suspi-
cari: quo fiebat, vt fallerent eum
non rarò, qui fictam Pietatis spe-
ciem præ se ferrent. Quæ qui-
dem virtus eo magis in FRAN-
CISCO admiranda: cum, quod
in aula vbi callide omnia gerun-
tur, compositæque dicuntur, à
puero educatus fuerit; tum,
quod magistratus gesserit, &
Prorexiudici tractarit, probe-
que nosset filiorum sæculi hu-
ius dolos. Candorem tamen vs-
que eo retinuit, vt vera place-
rent omnia, falsa displicerent.
Dicere solebat & illud Tragici, *Eurip.*
Veritatis simplicem esse orationem;
non fucatam, non ad gratiam
compositam, artisq; idcirco ex-
pertem:


454 DE VITA FRANC. BORG.
pertem: fallere nolle. sed ex suo
animo virum bonum candide
omnia metiri. FRANCISCI talis
erat oratio, vt cum re ipsa, aiens,
negansq; consentiret; & ficum,
vt veteri verbo dici solet, ficum
appellaret. Longum esset, re-
dijque plenum, ire per singula
virtutum genera. Nam de Ca-
stitate quid attinet dicere? cum
adolescens etiamnum, matro-
nas nobiles officij gratia inuisi-
tus, cilicij lorica corpus munire
consueuerit, & illibatam virgi-
nitatis florem ad matrimoni-
um, vt libro primo demonstra-
tum est, attulerit. Post Societati
iam adscriptus, nunquam se à
mulieribus, ne à filia quidem
Lermæ Comite, cum forte in e-
ius ædibus articulari morbo de-
cumberet, tumentes pedes con-
tractari passus est. Seueritatem,
facili-

faci
vt se
cilit
vide
dis n
tole
goti
nim
rum
nem
hero
grat
ben
Soci
esse
Dec
inte
statu
bari
neli
rum
qui a
post

facilitatemque ita temperauit,
 vt seueritas facilis; & contra, fa-
 cilitas seuera, cum res posceret,
 videretur. Taceo in consiliis dā-
 dis maturitatem, & prudentiam:
 tolerantiam in aduersis: in ne-
 gotiis susceptis constantiam: a-
 nimi denique in contemptu re-
 rum humanarum magnitudi-
 nem: ceterasque virtutes planè,
 heroicis. Vnum hoc addam,
 gratum, memoremque diuini
 beneficij semper vixisse quod in
 Societatis familiam aggregatus
 esset, cuius nomine, quotidie
 Deo gratias agebat: illud etiam
 interdum vsurpans: Si, vt vina gu-
 statu, ita & Religiosorum status pro-
 bari posset, quiuis dynasta, dulcedi-
 ne liquoris diuini ebrius, Religioso-
 rum se in familias cupide daret; sed
 quia gustari suauitas non nisi longo
 post tempore queat, eo fit, vt pleriq;
 asperita-

456 DE VITA FRANC. BORG.
asperitate territi, refugiant. Atque
hæc ferè de FRANCISCI BOR-
GIÆ vita dicenda existimau. Fa-
xit. Ille animorum parens, vt hoc
vitæ, virtutumque Exemplar,
nobis ad imitandum propo-
situm, moribus constan-
ter exprima-
mus.

F I N I S.



INDEX

IN
RV
R
FR A
Roma
A B S T
j
Ægrot
Æthiop
Africa
Alciat
mtt
Alea lu
Alexan
Alexan
dom
Alexis
Alfonse
tur.